



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 22. Canonizatio Caroli Magni.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

Sæcul. XII. *fidem habebit, nemo me audiet. Utilior*
A.C. 1166. *tibi erit pia simulatio. Interim solatium*
cape, Rege in has regiones adveniente,
opportuni, qui te amant, non nihil
tentabunt. Quin etiam Henricus mol-
lescere dicitur, quia timet, ne Franci,
vicini, aut ipsius etiam subditi quidquam
moveant, & præterea, quia Papam sibi
indignari non nescit. In fine epistolæ
Arnulphus Thomam monet, ut hæc ar-
cana nemini mortalium aperiat.

§. XXII.

Canonizatio Caroli Magni.

ap. Bol. 28.
Jan. to. 2.
p. 888.
Chro Gaufr.
Vosiens.
p. 314. Chr.
Ademari
p. 169.

Fridericus Imperator, Aquisgrani Co-
 mitia generalia ad Natalem Domini
 anno millesimo centesimo sexagesimo
 quinto celebrans, rogatus ab Henrico
 Rege Angliæ, consentientibus idque
 suadentibus omnibus Optimatibus tam
 Sæcularibus quam Ecclesiasticis, corpus
 Imperatoris Caroli Magni de terra le-
 vari iussit. Ad eum enim Catalogo Sancto-
 rum inscribendum conventum hunc
 convocaverat; quod vigesima nona De-
 cembris peractum. Idque Fridericus Im-
 perator in Bulla sua aurea octava Januarii
 anno millesimo centesimo sexagesimo
 sexto data testatum facit. Quidam il-
 lius ævi Scriptor memorat, corpus Caroli
 Magni in Lypsanotheam auream gem-
 mis distinctam missum fuisse, & Festum
 ejus

ejus eo more quo aliorum Sanctorum auctoritate Archiepiscopi Colonienſis celebrari cœptum. Ceterum corpus Caroli Magni jam ante, nempe anno milleſimo ab Ottone III. Imperatore inventum fuerat. Quamvis vero incorruptum viſeretur, & jam tunc miracula ad ejus tumulum edi dicerentur, necdum ejus Feſtum agebatur, ſed dies anni-verſarius, ut pro aliis defunctis, ſervabatur. Non ergo prius quam poſt hanc Friderici Aenobarbi Canonizationem Carolus Magnus in quibusdam privatis Eccleſiis cultu publico tanquam Sanctus honorari cœpit. Et licet hæc Canonizatione auctoritate Antipapæ attentata ſit, legitimi tamen Pontifices quidquam contra moviſſe non leguntur.

Sup. Lib.
LVII.
§. ult.

Sup. Lib.
XLVI. §. 91

§. XXIII.

Thomas Legatus in Anglia.

Postquam Alexander Papa Romam per- venit, Archiepiscopum Cantuarien- sem majore auctoritate muniturus, eum Legatum suum in tota Anglia, excepta Diœcesi Eboracensi, constituit. Data est hæc epistola Anagninæ septima De- cemberis anno milleſimo centesimo sexa- gesimo quinto; quam ubi Thomas ac- cepit, Episcopis Herfordienſi & Vigor- niensî datis literis injunxit, ut suam

I. ep. 115.
Etc.
V. Pag. an.
1166. §. 12.
Etc.

Mm 3

Legat-